



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

B. Gvilelmvs Peregrinvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

B. GVILELMVS PEREGRINVS.



Mille per et casus, et mille pericula rerum
 Prebuit elapso Boica terra solum.
 Senserat Albertus, flexo cui nomen ab arcu,
 Depositus medicis omnibus, huius opem.


Cui monitus posuit pro sostris nobile templum
 Accensus Divis cum GVILIELME foras.
 Vvinburgum locus; inuideant cui Thessala tempe,
 Sanctus ab æde sacra, sanctior indigenis.

Y

B.GVL

DE AGRICULTURA ET PISCICULTURA

LIBER PRIMUS DE PISCICULTURA



IN NOMINE DOMINI AMEN
HIC SEQUITUR DESCRIPTIO
PISCICULTURAE
ET PISCUM
CAPITULUM PRIMUM
DE PISCIBUS

DE PISCIBUS
CAPITULUM PRIMUM
DE PISCIBUS
CAPITULUM PRIMUM
DE PISCIBUS

LIBER

7

B. GVILELMVS

PEREGRINVS.



Mplissimum Cœnobium est in Boicâ trans Danubi-
um, quâ Bohemiam spectat, IN SCLAVORVM MONTE,
vulgò VVINBURGVM, loco peramano & edito colle,
haud procul Pogenio, cuius origo ex MS. ejusd. cœ-
nobij & Gasparis Bruschi ineditis chartis, Antiq. eti-
am lection. Vol. vj. copiosè explicatur. Ad hanc vici-
niam velut ex tempestate & naufragio longæ peregrinationis dela-
tus Guilelmus, atque ex vinculis elapsus, maximisque laboribus &
periculis defunctus, hîc gratum quietis portû inuenit, à LVICARDE,
quam & HEDVVIGEM & HADEVVIGAM dixere, ALBERTI Comitis
POGIANI Coniuge liberaliter adiutus, atque annonâ subleuatus.
Rebus diuinis solis in locis assiduè deditus, multa à cœlitibus didicit,
quæ Imperatori ac imperio imminebant. præfagebat bellum & stra-
gem Henrici III. (qui Germanis est quartus) cum Saxonum gente.
Alberto Comiti valetudinem restituit, suam & secuturam mortem
prædixit. A morte eidem visus auctor fuit, vt quo loco corpus serua-
batur, sacellum tanquam sostrum pro recepta fanitate, gratique ani-
mi mnemosynon, poneret. Fuit hic Albertus Vvinburgensis etiam
cœnobij conditor. Guilelmus sociam peregrinationis habuit B. Iu-
nanum, ex cuius defuncti artubus diuini cuiusdam odoris, supra
omnes Arabiæ liquores, fragrantia halasse memorant. Guilelmus
vixit XII. Cal. Maij, anno incerto, nec multo tamen
ante CIO CXLVII. quo Albertus
decessit.

CIO CXLVII.
MS. codex
Vvinburg.
Casspar
Bruschius.
Henr. Ca-
nissius An-
tiq. Lect.
Vol. VI.
p. 402.

